

De sacramento penitentie.**xxv**

re. Ergo illi qui habent talia officia que nullo modo sine peccato mortali perficere possunt. sicut traditores. lenones. et sic de alijs. Et per quibus inhibetur eis communio semper sunt in peccato mortali et in seruitute dyaboli die nocturne. et insuper sunt priuati omni bono totius ecclesie. et nihil possunt in isto statu facere quod sit eis meritorium vite eterne. licet quandoque gratiantur. tamen nihil valet eis talis confessio ex quo desistere a tali officio nolunt. Sed hoc non intelligitur de illis qui habent artificia bona et honesta et utilia que licite cum deo possunt fieri. sicut sutores. sartores. et sic de alijs. Et tales quando fideliter laborant et sunt sine peccato mortali. tunc omnis talis labor erit eis meritorius. Sed si infideliter laborant et fraudulenter. tunc tales habebunt duplex damnationem. quia hic in presenti habent paupertatem in labore magno. et cum hoc eternam damnationem in futuro. Ergo omnes mechanici et laboratores debent suos labores fideliter perficere. et omne die omnes labores deo omnipotenti offerre. tunc retribuet eis in vita eterna. **vi. Grego. Omne bonum quod agimus. per intentionem semper ad celestia leuamus. vii. Ps. Labores manuum tuarum. etc.**

Queritur verum requiratur contritio de quolibet peccato mortali. Respondetur deo Iheronimus damascenus in. iij. di. xvij. Quia in omni peccato mortali est actualis auersio voluntatis a deo ad peccatum. et contraria contrarijs curantur oportet quod in omni remissione peccati mortalis sit actualis auersio a peccato ad deum. que quidem contritio appellatur. De peccatis tamen oblitis sufficit generalis contritio cum conatu ad recordandum et dolendum. Sed nec solum de peccato oblitio debet quis in genere dolere. sed et de obliuione eiusdem que ex negligentia contingit. Item sciendum quod de peccato maiori debet esse maior dolor. quia maiori offensione maior pena debetur et maior satisfactio requiritur. **Queritur** verum contritio possit tollere totum reatum peccati. Respondetur deo Iheronimus petrus ubi supra. Contritionis accensio potest attendi dupliciter. vel ex parte caritatis. que causat displicentiam peccati. vel ex parte doloris qui in sensitiva excitatur. et in utroque modo potest tamen incendi contritio quod tota pena remittitur. Exemplum patet de latrone qui cum christo pepedit in cruce. Exemplum in dialogo cesarij. Tempe innocencij pape. erat mulier quedam igne libidinis accensa. que proprium adamauit filium. de quo concepit et genuit filium alterum. Terrore igitur pensata miro modo dolet. timens se tradi sathane. vel morte subitanea interire. Deo miserante de satisfactioe anxiani cepit. prehabito igitur prius consilio sacerdotis sui. infantulum secum tollens romam venit cum multa importunitate et magna contritione domini innocencij oculis se ingessit. Cum tantis lacrimis et clamoribus cunctis audientibus faciens confessionem. ut omnes verterentur in stuporem. Gestauit in brachijs infantem commisi sceleris testem. Videns dominus papa in muliere tantam contritionem et quod vere esset penitens. misericorditer super eam sicut prudens medicus volens firmam plene et cito sanare. medici nam etiam vere contritionis probare precepit ut in tali veste coram eis apperet in quibus